412 1r

907

Configni

Provincia di Perugia Circondario di Rieti

Statuto del Comune di Configni

1v

In Nomine Sanctae et individuae Tri-
nitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.
Hoc est Statutum Communis et hominum
Castri Confinei Narnien Dioecesis factum edi-
tum et ordinatum ad honorem laudem et glo-
riam omnipotentis Dei et Domini Nostri
Jesu Christi ejusque semper Virginis Matris
Mariae cum Invocatione auxilio et protectio-
ne beatorum apostolorum Petri et Pauli ac
beatissimi et Sanctissimi Papae Gregorii
advocati et dicti Castri Confinei protectoris et
auxiliatoris nec non cum intercessione et auxilio
beatorum martyrum Fabiani et Sebastiani
et Sanctissimi confessoris Sancti Bernardini
de Senis, Sancti Antonii Abbatis et aliorum
Sanctorum ad regimen dicti Castri et hominum,
ad pacificum Statum et exaltationem Illmi Domi-
ni domini Ferdinandi Ursini Ducis gravisij
et Nerulae comitis, et Domini Joannis Antonij
ejus germani fratris ejusdem Castri et Loci do-
minorum et Patronorum. Quod Statutum et
Sanctiones sint et esse debeant ad Laudem Dei
et Dmni Nostri Jesu Christi ut dictum est et
praedictorum sanctorum et Beatae Mariae sem-
per Virginis ad pacem concordiam et unionem

2v

omnium hominum de Confineo, et Serravum et Locorum convicinium, quae Sanctiones Statuti et ordinationes factae et ordinatae fuerunt de consensu totius universitatis et consilii generalis dicti Castri Confinei per infrascriptos providos et discretos viros statuarios viz per Sabatinum andriugi Angelum Ioannilli ass. Scarzitum electos et deputatos per Massarios tunc d. Castri viz Ioannem pitrocji Canullum Io: valentini Chiseum Bartholomei et Bernardinum quatrini, omnia tamen scripta et recollecta fuerunt per Dominum Ioannem baptistam de mutis de podio Catini tunc Vicarium dicti Castri sub die vigesima mensis Maji M. D. XXXIX. tpre Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Pauli divina Providentia Papae Tertii. Quae omnia ad majorem cautelam subscripta erunt per manus Vcar. Dnod. vel alterius cor.

De Vicario faciendo

In primis statuimus et ordinamus q. Dominus dicti Castri Confinei habeat potestatem faciendi, et teneatur facere Vicarium in Castro praedicto quoscumque voluerit. Qui in principio sui officii juret publice suum officium facere, exercere, et ministrare, legaliter fideliter sine fraude et dolo, et unicuique facere justitiae complementum secundum formam praesentis statuti et ordinamentorum quae fierent per consilium et adjunctum qui erunt pro tempore, aut per universum populum dicti Castri, et nullo praevaricare hoc statutum, remotis ab eo odio, amore, timore, prece, pretio, et omni speciali utilitate vel damno. Nec non juret dictus Vicarius non praestare consilium alicui partium in causis civilibus et Criminalibus contra aliam partem. et si secus faceret ipsum consilium et assessorias absque praejudicio de nota sententia vel praeceptum seu processus per eum ferendo vel faciendo in dicta causa ipso jure non valeat. Et in principio sui officii debeat dare idoneas cautiones de stando jure et de judicio sisti et judicatum solvendo et solvere carlenos duodecim pro Balestra prout est de more, et scindicato Vicarij.

3v

Et Massarii qui pro tempore erunt debeant eligere duos discretos viros pro scindicis ad scindicandum Vicarium, ac etiam bandiri faciant per Castellum communis, per loca solita et consueta, et si quis senserit gravatum a dicto Vicario, comparere deberet coram eis et facere petitionem coram eis et hoc servetur per dies tres, elapsis dictis tribus diebus nullus amplius non audiatur, et per dictos scindicos procedatur prout erit de jure in absolvendo et condemnando dictum Vicarium.

De juramento Vassallorum.

Item statuimus et ordinamus quod homines dicti Castri a quatuordecim annis supra videlicet omnes illi, qui habitare voluerint in ipso castro jurent et jurare teneantur hinc ad duos menses postquam fuerit eis recordatum et notificatum per nuncium, manutenere et defendere personas et jura dominorum prefati Castri eorum posse et qui contrafecerit non jurando solvat nomine pene solidos lx, per diem quo steterit in mora quod non jurasset postquam ei personaliter intimatum extiterit et ad hoc teneatur dum habitaverit in Castro praedicto reservato semper voluntati dominorum in mittendo.

De Massariis et Consiliariis fiendis

Item statuimus et ordinamus quod de consilio non sint plures homines quam duodecim eligendi ad electionem et voluntatem Vicarij qui per tempora erit dicti Castri et ad voluntatem Massariorum qui per tempora erunt per eorum tempora videlicet tres pro quolibet Massario qui consiliarij habeant assistere Massarijs in rebus gerendis et administrandis bonis cois et in omnibus spectantibus ad ipsam coitatem usque ad summam decem Ducatorum a decem ducatis supra coadunetur consilium generale, qui Consiliarij eligantur in hunc modum videlicet.

De modo eligendi seu creandi Massarios

Item statuimus et ordinamus quod omnes homines de Castro Confinei similiter describantur et ponantur in uno sacculo et de dicto sacculo in tribus mensibus extrahantur quatuor homines sorte qui sint Massarij per tres menses et per tres dies, ante completum eorum officium extrahantur quatuor alii homines et finito sacculo fiat iterum alius sacculus.

De juramento et auctoritate Massariorum.

Item statuimus et ordinamus quod Massarij teneantur et debeant in principio sui officii jurare, de

bere, et fidelite bona dicti Communis gubernare,
et exercere, et qd pro necessariis dicti Communis pos-
sint disponere usque ad summa quatuor ducatorum
dicti Cois. et ab ista summa supra usque ad decem
disponant cum voluntate consiliariorum, et in ad-
ventu discordiae fiat id quod duabus partibus dicor.
Massariorum, et consilii placuerit et ponatur ad bus-
sulam et pallatis et determinatio duarum duarum
partium describatur, et per Vicarium describatur
partitum in libro communis ad hoc confecto et depu-
tato qui liber conservetur per Camerarium gene-
ralem qui pro tempore erit. Et si secus fecerint
dicti Consiliarii et Massarii incidant in penam
quinquaginta solidorum pro quolibet. Et prefa-
ti Massarii pro eorum tempore habeant facul-
tatem faciendi Camerarium pro bulletis exigen-
dis et recipiendis et de eisdem computum tenere
et dicti Massarii teneantur reddere rationem et
computum in manibus aliorum Massariorum sub-
sequentium, et Camerarii in presentia Vicarii
qui pro tempore erit

De officio Camerarii generalis

Item statuimus et ordinamus q sit unus Camera-
rius eligendus per Massarios et consiliarios qui reci-
piat omnes introitus Communis, et salvat et custo-

dictl res communis provenientes ad ejus manus, et faciat omnes expensas communis, prout sibi fuerit mandatum a Massariis et Consiliariis, et scribat omnes introitus et expensas ordinatas. Et de ipsis in fine sui officii reddere rationem Massariis Consiliariis et adjunctae ac Camerario novo in presentia Vicarii, et juret ejus officium facere legaliter, sollicite bona fide, et sine fraude. Et si de suo officio nescivent reddere rationem, vel inventus fuerit aliquid defraudasse, solvat curiae ratione penae decem ducatorum et restituat duplum de suo de quo inventus fuerit defraudasse. Et predictus Dominus vel Vicarius ex suo officio procedere possit ad denuntiam cujus cujusque dicti Castri, et ejus officium durat tantum per annum et non plus, et fraus non intelligatur a quinque Carlenis infra, et pro labore ipsius dictus Camerarius habeat Carlenos viginti. Item dicimus quod fraus predicta sit inducta per manus Massariorum qui pro tempore erunt una cum Vicario.

De hiis quae non apparent in hoc Statuto

Item statuimus et ordinamus quod omnia et singula quae non apparent in hoc statuto sint in providentia Massariorum qui erunt pro tempore, tam in bannis et in penis, quam etiam in aliis, et quidquid ipsi

5v

providerint et ordinaverint pro bono statu Comunis et hominum Castri Confienti sit firmum; et quidquid in poenis et blandis ordinaverint tantum tempore eorum officii perduret et non plus, cioè de cose Comunali: Videlicet coadunato Consilio Generali;

Liber causarum Civilium

De citatione super Civili Questione.

In primis statuimus et ordinamus quod si quis del si quem citatus fuerit per Castellum Comunis super aliqua quacumque civili causa ad petitionem alicujus et fuerit in dicto Castro vel ejus pertinentia ad domum vel personaliter comparere debeat coram Vicario sequenti die quo citatus fuerit salvo in advenis et extraneis qui teneantur comparere statim facta citatione personaliter; et si non comparuerit in prima citatione personaliter et ~~actor~~ Actor comparuerit accusans eum de contumacia, et ipsum reum citari faciat per duas alias vices modo supradicto et si non comparuerit in prima: secunda: et tertia citatione per se vel per aliam legitimam personam coram Vicario: hinc ad dictum terminum usque ad tertiam, et Actor fecerit suam petitionem accusans rei contumacia petens procedi contra eum per Vicarium proferatur sentencia contra reum contuma-

cem et non comparendo infra decem dies ad sententiam;
tunc actor investiatur de bonis dicti rei contumacis,
exprimo decreto modo et forma ut infra. Et si com-
paruerit et negaverit actor ablato prius libello habeat
terminum ad probandum ejus incumbentia trium die-
rum fiat sibi investimentum salva querela per cu-
riam contra reum primo de mobilibus si extant.
Secundo de stabilibus. Tertio de nominibus credito-
rum secundum petitionem actoris si comparuerit
et respondere voluerit petitioni contra ipsum for-
mare debeat reficere expensas legitime factas,
et refectis expensis respondere debeat et si negave-
rit, Vicarius debeat dare terminum Actori trium
dierum ad probandum et si petierit copiam, Vica-
rius debeat eam dare reo sumptibus actoris cum
termino octo dierum ad respondendum et supra
~~impletas~~ completa dilatione, tres dies in secunda tres etiam
in tertia et duos alios, et si non responderit habe-
atur pro confesso. Et si confessus fuerit detur sibi
terminus per Curiam ad solvendum ut infra. Et si
orto servetur a ducato uno supra; ab illo infra
debeat comparere statim si esset in castrum et ci-
tatus fuisset personaliter.

De Terminis dandis per Curiam.

Item statuimus et ordinamus quod in causis civilibus re-

rum mobilium quibuscumque. Si reus fuerit confessus convinctus de jure in judicio dare debeat rem petitam: constituatur sibi terminus peremptorius ad solvendum eas actori vel si quantitas erit usque in duabus carlenis, habeat terminum ad solvendum duorum dierum a duabus Carlenis supra usque in decem Carlenis habeat terminum decem dierum ad solvendum, a decem supra usque ad omni alia quantitate habeat terminum ad solvendum triginta dierum: et si infra dictum terminum non solverit vel dederit rem petitam accipiantur sibi per curiam pignora sufficientia pro quantitate petita, et pro expensis legitime factis; et dentur Actori, quae pignora reus infra quinque dies recolligere teneatur, quod si non fecerit Curia faciat ipsa pignora extimare per homines vel Massarios sacramento coacti unum vel plures secundum eorum discretionem. Et si ipsa pignora essent minus valentia constringatur reus per Curiam ad satisfaciendum, et ad implendum eas et ipsa Curia faciat accipere tanta pignora quae sint sufficientia pro quantitate petita, et deinceps detur in solidum Actori libera et absoluta. Et si actor fuerit forensis pignora in primo termino quae fuerint accepta non dentur ei: sed Curia alicui de Confinio recommendet,

nihil omnino sibi faciat; reservamus et ordinamus etiam quod nulli liceat accipere pro pignus pannis de dorso, nec de lecto nec boves nec alia instrumenta aratri, nec etiam granum pro ejus victu tantum, et unam bestiam pro salma tantum. Et si plures repererentur possint et valeant accipere, nisi essent concordes in accipiendo dictos boves et alias res: et si non haberet alias res nisi istas, possit et valeat actor se investire in dictis bonis.

Item statuimus quod a decem ducatis supra debeat reus solvere mediante quantitatis petitae in quindecim dies. Residuum vero infra quindecim alias dies.

De Appellatione.

Statuimus et ordinamus quod in causis civilibus vel Criminalibus liceat unicuique appellare et a a sententia difinitiva et interlocutoria processu et gravamine Vicarij ad Illm̃ Dnum̃ et ad Doctores et quoscumque voluerit infra terminum decem dierum post praedictorem, et Vicarius teneatur dictam appellationem admittere ad Dominum, prout de jure ei videbitur observetur. Et similiter Vicarius teneatur scribere literas de gravaminibus ad Illm̃ Dominum seu ad alios quibus fiant necesse, et si aliter factum fuerit processus et sententia non valeat

7v

nec teneat et quidem Vicarius debeat ei legere litteram.

De partito faciendo.

Item statuimus et ordinamus quod in causis civilibus si per Actorem vel per reum fuerit factum partitum aut juret aut referat videlicet de persona ad personam habeatur notitia de tali re, seu facto proprio quod dictum juramentum renunciari non possit et dictum juramentum sit finitum et decisum.

De juramento partis in supplemento probationis.

Statuimus quod si aliquis de dicto Castro probaverit intentionem suam semiplene, tunc possit offerre juramentum proprium in supplementum dictae semiplene probationis et per Vicarium admittatur dictum juramentum.

Q. Vicarius debet exequi omnia acta facta tempore Precessoris:

Item dicimus quod Vicarius qui pro tempore erit debeat exequi omnia acta facta tempore Vicarii precessoris absque alio salario, pro ejus labore habeat quatrenos tres pro quolibet ducato et non plus, quo ad salarium quo ad alia acta debeant solvere actores prout alias solverunt.

De petentibus Consilium Sapientibus

Statuimus et ordinamus quod Vicarius dicti Castri teneatur ad petitionem cujuslibet petentis in quaes-

cumque parte judicii et in quacumque causa da-
re consilium sapientis habere et recipere partibus
non suspectis. Et si contrarium factum fuerit pro-
cessus non valeat, et salarium consultationis exigatur
et petentibus expensis partis perdentis et quilibet
pars de salario solvat tantumdem expensis perden-
tis.

De observatione feriarum.

Item statuimus et ordinamus quod tempore Messium,
et tempore Vendemiarum feriae imponantur; Incipiendo
in medio mensis Junii et duret usque ad festum bea-
tae Sanctae Mariae de mense Augusti in tempore
messium. Sed in tempore vendemiarum incipiant dictae
feriae in die Sancti Angeli de mense Septembris. Et
si prius occurrit fieri dictae vendemiae dictae feriae
intelligantur pro die quo inceptae fuerint dictae Ven-
demiae, et durent per mensem futurum, et finiendo
usque ad festum omnium Sanctorum. Et quod in dicto
tempore Vicarius non teneatur reddere aliquod jus
in causis Civilibus tantum: et si redderet ipso jure non
valeat. Sed in damnis datis et maleficiis et extraor-
dinariis liceat sit ipse Vicarius jus reddere, et
dictus Vicarius teneatur dictas ferias bandire facere
in dicto tempore.

De Oblatione Libelli.

Item statuimus et ordinamus quod in omnibus causis civilibus a viginti solidis infra non possit dari libellus sed tantummodo cum narratione simplici in scriptis vel verbotenus. Sed a viginti solidis supra cum libelli oblatione et maxime si a reo petatur.

De modo retinendi ubi apparet publicum Instrumentum.

Item statuimus et ordinamus quod ubicumque et in quacumque causa publicum Instrumentum appareret non offeratur libellus: sed detur terminus reo ad recipiendum copiam instrumenti et opponendum legitime, sed si infra terminum reus aliquam exceptionem legitimam non opposuerit habeatur pro convicto et confesso de contentis in dicto Instrumento.

De expensis reficiendis

Statuimus et ordinamus quod victus victori in expensis condemnetur per curiam in civilibus causis taxatione Curiae, et si facta taxatione praedicta tunc Vicarius cogat eum reum ad reficiendas expensas salvo si juxtam causam litigandam habuerit victus vel actor.

De Tutore dando Pupillis

Statuimus et ordinamus quod in tatione tutela servetur hic modus. Lex quod si quis pupillus seu pupilla sine testatore remanserit Curia teneatur de is

pupillis tutore vel tutrice dare, vel proteomeioles in gradue et idoneas ad suscipiendum tutelam si petitum fuerit: Et q. in praedictis Vicarius non sit negligens, et si fuerit negligens incidat in poenam vigenti Carlenos retinendi de suo salario. Et Vicarius teneatur mandare dictis tutoribus q. conficiant inventarium de bonis dicti pupilli, et jurent de bene administrando et cautione prestent de reddenda ratione in fine dictae tutelae.

De relictis factis Ecclesiis et locis piis

Statuimus et ordinamus q. omnia relicta facta Ecclesiis et piis locis per Vicarium dicti Castri procedatur sumarie dumodo legitime constet et probetur per testes verdicos sive per testamentum et aliis legitimis scripturis et privatis. Idem dicimus de viduis et pupillis et aliis miserabilibus personis.

De Investimento non frangendo.

Statuimus et ordinamus q. si quis fregerit investimentum factum per cursarium per contumaciam vel publicum Instrumentum si fuerit pro quantitate centum solidorum et infra solvat solidos XX. Si vero fuerit ultra solvere teneatur solidos quinque pro qualibet ducato ac etiam interesse, et nihilominus ipsum investimentum sit et remaneat firmum. Et Vicarius teneatur facere ad petitionem illius pro quo fuerit factum investimentum, et dictum investimentum intelligatur

firmum et factum quoties in re investita fuerit facta aliqua renovatio sive novitas reservata tamen voluntate dominorum.

De Administratione Iustitiae Convicinis.

Statuimus et ordinamus quod idem jus reddatur convicinis in Castro Confinei quod jus reddatur hominibus dicti Castri in locis et castris convicinis, et hoc in Civilibus causis tantum.

De Mercede Scripturarum.

In primis che lo Vicario abbia pro salario pro ducato	Caj:	2.	
Item pro Contumacia	Co.	1.	
Item pro compromesso per ciascheduna parte	Co.	2.	
Item pro sententia per ciascheduna parte	Co.	2.	
Infra quantitatem unius ducati a quantitate supra unius pro qualibet parte	Co.	5.	
Item per examinatione de' Testimonj senza interrogat.	Co.	1.	÷
Item per examinati de Testimoni cum interrogati et Articoli	Co.	3.	÷
Item per una obligazione fatta in scriptis per alcuna quantità di denari messa allo libro.	Co.	2.	
Item per altri atti fatti in lo libro cioè per narrativa ed altri simili atti	Co.	2.	
Item per produzione de' Testimonj	Co.	1.	
Item per produzione d'Istromento	Cag.	3.	
Item per produzione d'altre Polize ovver Scritture	Co.	1.	÷
Item per copia de' Testimoni semplici	Co.	2.	÷
Item per copia de' Testimoni pubblicati	Co.	+	
Item per copia d'Istromento	Co.	2.	÷
Item per Copia de Sententia	Co.	5.	
Item per copia de compromesso	Co.	4.	÷
Item per protesta	Co.	2.	
Item per un comandamento fatto in scriptis	Co.	2.	÷

10v

Liber Maleficiorum.

De modo procedendi contra committentes malefitia.

In primis Statuimus et ordinamus q. quicumque fuerit de aliquo malefitio accusatus vel contra eum ex officio curiae procederetur per inquisitionem de aliquo malefitio vel delicto q. commissum diceretur fecisse. Si malefactor non esset in forma curiae citatus una die pro alia cum dimissione cedulae ad domum suae solitae habitationis et apparere debeat ad se excusandum defendendum et respondendum processui contra eum formati vel ab causa seu inquisitione. Et si non compareret in tempore praedicto detur etiam sibi alius terminus peremptorius per Castellanum ad domum suae solitae habitationis vicinis audientibus q. veniat et se excusat ab ea seu inquisitione praedicta. Et si infra dictum terminum non comparuerit, curia eum teneatur comprendere et pro confesso et convincto habeatur, secundum formam capitli loquende ipso malefitio vel secundum jura com(m)unia ubi in praedictis statutis non loqueretur.

De discordia inter homines de Confineo.

Item Statuimus et ordinamus q. si aliqua briga vel rixa orriretur inter homines de Confineo, vel esset pro parte citati propter quae posset oriri scandalum ad evitandum scandalum ad petitionem cujuscumque personae

Curia teneatur delinquentibus idoneos fidejussores exigere, ita quod per totum tempus sui officii, et per octo dies ultra non se offendant, nec offendi faciat in personis et rebus et poena arbitrarie Vicarii et bonorum auferendorum. Et si una ex dictis partibus vel ambae partes post dictam cautionem contrafecerit possit Curia in praedictis procedere ex suo officio omni modo juxta jure causa et forma quibus melius potest. Et si aliqua partium dixerit idoneos fidejussores non invenisse; tunc Vicarius ponat eum in carceribus sub bona custodia expensis ipsius. Et etiam Curia possit praecipere partibus quod sub poena quae sibi placuerit, ut non discedant, et ubi Curia non esset praesens Massarii possint praecipere pro parte Curiae ad poenam arbitrio ipsorum imponenda ut non faciant rixam nec discedere a Curia Vicarii et quod ponant idoneas cautiones.

De Committentibus Insultum.

Item Statuimus et ordinamus quod si aliquis fecerit insultum contra aliquem et eum assaltaverit cum ense Cultello pugione partisana, et aliis armis malo animo; et appensate incidat in poenam quinquaginta librarum ad domum suae solitae habitationis, aut si assaltaverit extra domum, in libris viginti quinque puniatur. Et Vicarius ex suo officio procedere possit

11v

per viam inquisitionis et per omnem viam prout
jus erit.

De percutientibus cum Armis.

Statuimus et ordinamus quod si aliquis de dicto Castro Con-
finii percusserit aliquem cum spada, daga, pugione
Cultello et aliis generibus armorum Lancea, sprontone
schiavarina stido, et his similibus armis et sanguis
exiverit, in libris centum puniatur pro qualibet per-
cussione, si erit sine sanguinis effusione in libris
quinquaginta puniatur. Si percusserit a collo su-
periore et de dicta percussione debilitaretur aliquod
membrum, erit et amputatus ut nasus, aures, in du-
catis viginti puniatur. Et si percussus ex dicta per-
cussione erit privatus de aliquo oculo continens
incidat in poenam librarum ducentarum. Et si ex
dictis vulneribus remanserit aliquod signum in perpe-
tuo puniatur in libris trecentis. Et si aliquis per-
cusserit aliquem cum dictis armis a collo infra cum
effusione sanguinis in libris centum quinquaginta pu-
niatur pro qualibet percussione. Si percusserit a-
liquem cum saxo, bastone, hasta seu cum aliquo
alio ligno a collo supra cum effusione sanguinis
in libris centum triginta puniatur pro qualibet per-
cussione. Si a collo infra cum effusione sangui-
nis in dicta pena puniatur, si sine sanguinis effu-

sione in libris centum puniatur pro qualibet percus-
sione. Si a collo infra seu supra percusserit cum ali-
quo genere armorum seu lignorum pro quibus percussio-
nibus aliquod membrum debilitaretur seu amputare-
tur in libris viginti quinque puniatur. Si percusserit ali-
quem cum pugno palmata seu alapa in facie
cum sanguine in libris vigintiquinque puniatur. Si
cum calce in aliqua parte corporis in libris duodecim
puniatur.

De capientibus aliquem per capillos.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis ceperit aliquem
per capillos seu in persona et in terram projecerit et
raspiaverit et dilaceraverit seu per barbam ceperit et
pillos seu capillos extraxerit seu evulserit cum effusione
sanguinis in libris decem puniatur. Et si sine sangui-
nis ~~effusione in libris duo puniatur~~ in media dictae poenae puniatur.

De minoribus quatuordecim annorum.

Statuimus et ordinamus quod si aliquis de dicto castro seu in
eo habitans minor quatuordecim annorum commiserit ali-
quod maleficium ut dictum est supra cum aliquo genere
armorum saxorum aut lignorum in media supra dictarum
poenarum puniatur.

De verbis injuriosis.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis de dicto castro
alicui verba injuriosa videlicet Homicida, Fur, Tradi-

tor Cornutz regazlarz, et haec similia verba, in solidis quinquaginta puniatur pro qualibet verbo et pro qualibet vice. Item si aliquis dixerit alicui mulieri, puttana, fattocciara, fura, traditrice et haec similia verba, in dicta poena puniatur. Et si aliquis dixerit alicui nauti per la gola, in solidis triginta puniatur, et de aliis verbis injuriosis levioribus in solidis decem puniatur pro qualibet verbo, et Vicarius ex suo officio procedere possit.

De Mutantibus Terminos.

Statuimus et ordinamus quod si aliquis mutaverit, abstulerit Terminos studiose seu in aliquo modo mutaverit de loco ad locum a Confinibus et de ipsa mutatione veniret in utilitatem mutantis dicta terminos seu veniret in praejudicio et damno consiliariis personae cujus interit aut interesse poterit in fraudem quod malitiose et causa damnificandi aliquem fecerit solvat pro poena ducatos quinque pro qualibet termino et pro qualibet vice nihilominus termini remittantur in pristino loco sicut antea erant absque aliqua intermissione temporis et hoc pro illo qui mutaverit Terminos.

De Opponentibus Castellanis.

Item Statuimus et ordinamus quod nullus audeat aut presumat opponere Castell. nec impedire aliquem ex suo officio quando voluisset de Commissione Curiae accipere pi-

quorum ab aliquo tam pro delictis Curiae et cōis. quam
etiam cujuscumque aliae personae ad poenam quattuor-
genti solidorum.

De removentibus aquam de cursu suo.

Statuimus et ordinamus q. nullus de dicto Castro audeat nec
presumat removere aquam de cursu solito et consue-
to in quocumque loco esset sub poena triginta so-
lidorum pro qualibet et pro qualibet vice —.

De producentibus falsum Testimonium.

Item statuimus et ordinamus q. si aliquis produceret in cu-
ria coram Vicario aliquem testem qui deposuisset
falsum tam ille qui producit q. etiam testis productus
incidat in poenam decem ducatorum tam in civilibus
quam in criminalibus causis. Et in causa dannis da-
tis incidat in poenam quattuorgenti solidorum a qua-
tuordecim annis, supra ab illis infra in decem solidis
puniatur. Et in omnibus rebus et causis praedictis Vi-
carius ex suo officio procedere posset.

Del Benefizio de remettersi per la parte.

Item statuimus et ordinamus q. si aliquis comisert aliquod ma-
lefitium et illud confessus fuerit coram Vicario antequam
Vicarius incipiat procedere ex illa confessione diminue-
tur quarta pars poenae in qua esset condemnatus, et
si infra tres dies faceretur pax diminuatur una alia
quarta pars et si solverit ~~quarta pars~~ poenam ante

13v

tempus dati a Curia diminuatur una alia quarta pars poenae. Et si res praedictas non fecerat aliquam poenam non remittatur.

De Furtis.

Item statuimus et ordinamus quod si quis furatus fuerit seu subtraxerit aliquam rem ex domo aliena valoris XX solidorum in libris quindecim puniatur de die, de nocte pena duplicetur. Et si furatus fuerit rem valoris XX solidorum supra usque ad octuaginta solida in libris quinquaginta puniatur de die, de nocte poena duplicetur; et si furatus fuerit extra domum aliquam rem valoris unius floreni in libris sexaginta puniatur de die, de nocte pena duplicetur. Item si aliquis furatus fuerit valorem decem Castlenorum puniatur in libris septuaginta de die, de nocte poena duplicetur. Et si furatus fuerit aliquam rem ab illis supra valoris triginta Castlenorum in libris centum puniatur de die, de nocte duplicetur poena. Item si furatus fuerit rem valoris quinquaginta ducatorum in ducatis quindecim puniatur; et si furatus fuerit ab illis supra usque ad decem ducatorum in ducatis viginti puniatur et ab illis supra usque ad quindecim ducata in ducatis viginti puniatur, et ab illis supra usque ad XV ducatis in ducatis triginta puniatur. Item si furatus fuerit aliquam rem seu aliquod furtum

grave aliquo modo commiserit propter quod in aliqua majori poena venisset condemnatus et puniendus arbitrio Domini puniatur.

Si quis Carnaliter agnoverit Virginem.

Item statuimus et ordinamus q. si aliquis de dicto Castro Confinei aliquam Virginem per vim cognoscerit et ipsam violaverit per vim ille qui cognoverit carnaliter dictam Virginem esset majoris conditionis illius virginis, teneatur et debeat facere dictae Virgini dotem condecentem. Sed si erunt pares de conditione teneatur eam accipere in uxorem absque aliqua dote: excepto quod si pater frater vel parentes et affines illius mulieris sponte vellent dare dotem et alias res necessarias prout est de more in Castro Confinei: Nihilominus puniatur in poena arbitrio Domini et si ille qui cognoscerit ipsam Virginem erit minor conditione illa virgo in dicta poena puniatur.

De cognoscentibus Viduam Carnaliter.

Statuimus et ordinamus q. si aliquis de dicto Castro Confinei cognoverit aliquam Viduam carnaliter puniatur arbitrio domini. Et idem volumus de illis qui cognoverint consobrinas et alias affines usque in tertium gradum secundum jus Canonicum computantur.

De Committentibus Stuprum.

Statuimus et ordinamus q. si aliquis de Confineo cognoverit

14v

carnaliter aliquam feminam nuptam arbitrio domi-
ni puniatur.

De chi faria contra el Stato del Signore.

Statuimus et ordinamus q. si aliquis de Confineo comiserit
aliquam rem contra personas et statum Ill. Domini in
quocumque modo arbitrio dominorum puniatur. Et si ali-
quis comiserit aliquod homicidium in dicta poena arbi-
trio domini puniatur imponenda.

De Sodomitibus.

Statuimus et ordinamus q. si aliquis de dicto Castro aliquem
puerum carnaliter et contra naturam cognoverit ar-
bitrio domini puniatur.

De offendentibus affines.

Item statuimus et ordinamus q. si aliquis contra affines
suas non pias manus mesticaverit et ipsas vulnera-
verit seu percusserit de quibus percussionibus ali-
quod membrum debelitaretur seu amputaretur aut
moriretur puniatur arbitrio domini.

De offendentibus Vicarium.

Statuimus et ordinamus q. si aliquis contra Vicarium di-
xisset aliquod verbum injuriosum aut ipsum percu-
teret aut aliquod membrum amputasset aut debilitas-
set arbitrio domini puniatur.

De procedendo de similibus ad similia.

Statuimus et ordinamus q. in omnibus illis rebus que non

reperientur in hoc Statuto nec aliquam mentionem fe-
cisset in aliquo modo facti procedantur de similibus ad
similia ad discretionem Vicarii, et si aliter factum fue-
rit non teneat.

De Furto Cupellorum.

Statuimus et ordinamus quod si qua persona furatus fuerit cu-
pellos cum apibus vel deguastaverit quocumque modo, sol-
vat pro qualibet Cupello Soll. quinquaginta et tantun-
de pro emenda. Nisi posuissent se in ramo arborum
quod nemo teneatur ad penam et intelligat quod non possit
aliquis recipere dictas apes si iverit possit eas ille cujus
erunt dictae apes. Et si dictae apes reperiantur in Sca-
mo alicujus arboris et fuerint captae per non patronum
dictae arboris tunc capiens teneatur restituere Pa-
trono sine pena.

De Blasfemantibus.

Statuimus et ordinamus quod si quis vel si qua persona Deum
et Beatam Virginem Mariam ejus Matrem blasfe-
maverit incidat in penam unius auri floreni pro quo-
libet et qualibet vice, et pro qualibet verbo si erit ma-
jor quatuordecim annorum; et si erit minor quatuor-
decim annorum incidat in paenam XXV soll; et
si blasfemaverit alios sanctos et sanctas incidat in pae-
nam XXV sollidor. pro qualibet verbo et pro quali-
bet contrafaciendo. Si erit minor quatuordecim anno

15v

rum; et si erit minor in solidos decem puniatur. Et Vicarius in praedictis ex officio procedere possit in castrum tantum. Et si alia turpissima verba dixerit contra Deum et Beatam Virginem Mariam incidat in poenam triginta solidorum. Item dicimus quod pars poenarum supradictarum provenientibus coi. sit et esse debeat societati Beatae Mariae de mense Augusti; et Camerarius dictae societatis debeat de dictis poenis emere ceram pro dicta societate in usu et reverentia Beatae Mariae. et Vicarius non possit facere gratiam in praejudicium dictae societatis.

Liber Damnorum Datorum.

De Damnis datis in Blado.

Imprimis statuimus et ordinamus quod si quis damnum dederit in blado alieno cum bestiis grossis incidat in poenam sol. unum pro qualibet bestia grossa a mense Octobris per totum mensem martii, et a principio mensis aprilis usque quo dictum frumentum fuerit in agro solvat dominus bestiarum sol. tres pro qualibet bestia grossa; et pro bestiis minutis solvat medietatem dictae poenae pro qualibet bestia minuta modo supradicto et idem dicimus de leguminibus seminatis. Et Vicarius cogat dominus bestiarum ad solvendum emendam prout extimatum fuerit, quod si non fecerit teneatur de suo proprio in fine Officii.

De damnis datis cum bestiis ad Vites.

Item statuimus et ordinamus q(uod) si quis de damnis datis cum bestiis grossis ad vites alienas et alias arbores fructiferas inciderit in poenam pro qualibet vice bol. quatuor pro qualibet bestia grossa, et pro bestia minuta bol. unum pro qualibet bestia et de nocte poena duplicatur et hoc a principio mensis martii usque ad mensem octobris vel per totum mensem octobris et Vicarius teneatur cogere dominos bestiarum ad solvendum emendam prout appretiatum fuerit.

De damnis datis manualiter ad omnes fructus.

Statuimus et ordinamus q. nulla persona possit colligere fructus alienos sine licentia cujus sint sub poena Soll. quinque pro qualibet vice salvo q. si invenerit poma per terram non teneatur ad poenam pro sua comestione tantum, et q. non portet ad aliquem locum. Et si per terram recolligerit et secum portaverit solvat pro pena Soll. decem et semper damnum emendet patienti; et de nocte pena duplicatur. Item si quis colligerit castaneas per alterum incidat in poenam decem Solidorum pro qualibet vice, et per terram solidos duos pro qualibet vice, et pro qualibet persona a duodecim annis supra; et liceat sit patrono dictarum Castanearum accipere dictas Castaneas quando invenerit eum qui legerit eas, et legendo unam solvat pro poena Soll. X. et solvat emendam prout

16v

extimati fuerit.

De damnis Bestiarum ad glandes et Olivas.

Statuimus et ordinamus q. si bestiae damnum dederit studiose ad glandas et olivas alienas et ad alios fructus solvat dictas bestias bol. unum pro qualibet bestia tam parva quam grossa et semper damnum emendat patienti.

De Colligentibus Legumina.

Statuimus et ordinamus q. si quis colligerit legumina alterius sine licentia Patroni solvat pro poena boll. decem pro qualibet persona et semper damnum emendat patienti.

De damnis datis ad Palcare.

Statuimus et ordinamus q. si quis damnum dederit cum bestiis grossis et porcis ad palcare alieno solvat damnis bestiarum bol. quinque pro qualibet bestia et porco et pro qualibet vice, et emendam solvat prout extimatum fuerit.

Q. reclamum Bestiarum fiat infra quindecim dies.

Item statuimus et ordinamus q. nulla persona possit reclamum facere de damno bestiarum nisi infra XV dies a XV diebus elapsis non valeat nec emendare teneatur nec ad poenam.

De damnis datis per Forenses.

Statuimus et ordinamus q. si quis forensis damnum dederit manualiter in bonis alienis solvat pro qualibet vice

soll. decem et de nocte poena duplicatur et semper dam-
num emendat patienti.

De facientibus herbas.

Item statuimus et ordinamus q. si qua persona fecerit her-
bam in bladis seu segetibus alienis sine licentia
patroni solvat pro poena pro qualibet vice, et pro qua-
libet persona soll. quinque.

De facientibus herbas in pratis.

Statuimus et ordinamus q. si quis vel si qua persona fece-
rit herbas in prato vel in loco bossato vel secreto solvat
pro pena solidis quinque pro qualibet vice et pro qua-
libet persona et de nocte poena duplicatur et emendat
damnum patienti.

De damnis datis cum bestiis grossis.

Statuimus et ordinamus q. si quis damnum dederit cum bestiis
grossis in pratis tempore herbarum antequam sit secatus
solvat domnius bestiarum pro qualibet bestia bol. duo et
si cum minutis bestiis daret damnum solvat bol. uno pro
qualibet bestia et de nocte poena duplicetur et totidem
pena sit de locis biffatis et signatis pro feno in locis
comunis et aliis et semper damnum emendet patienti.

Q. nulla femina de Confineo vadat pro frumento alieni.

Item statuimus et ordinamus q. a medietate mensis Iunii us-
que quo frumentus erit in agris, nulla femina de Con-
fineo audeat nec presumat introire in agro alieno ubi

est frumentum sine licentia Patroni sub poena vigin-
ti sol. pro qualibet vice et pro qualibet femina et
totidem solvat pro emenda patrono. Et Vicarius in
praedictis procedere non possit nisi per querelam Pa-
troni. Et ita dicimus de leguminibus.

De dannis datis in orto alieno.

Statuimus et ordinamus q. nullus audeat nec presumat dare
dannum in orto alieno legendo aliquid sub pena vi-
ginti solidorum pro qualibet et pro qualibet vice: Item
si quis dannis datis cum bestiis in dictis ortis inci-
dat in paena dominus ipsarum bestiarum sol. quin-
que pro qualibet bestia grossa, et pro qualibet
bestia minuta solidos duos. Item si quis sparaverit
ortum incidat in dicta paena XX solidorum et
obligatus sit eum reaptare sicut erat. et pro dictis be-
stiis dominus ipsarum solvat emendam prout appretia-
tum fuit.

De Porcis intrantibus in Area.

Item statuimus et ordinamus q. nullus mittat porcos in area
aliena quando erit frumentum in dicta area sub pe-
na XX Soll. pro qualibet porco: et pro qualibet
vice, et quando erit absque granum si dicti porci
~~[illegible]~~ iverint in area incidat in poenam duorum
solidorum pro qualibet porco et qualibet vice.

De incidentibus Castaneas.

Statuimus et ordinamus q. nullus de Castro Confinei audeat nec presumat incidere Castaneas alias sub pena triginta solidorum pro scalis tantum vel perticas aptas pro scalis et pro aliis rebus et tantumde pro emenda. Item si incisserit Castaneas pro cerclis pro qualibet incidat in poenam quinque solidorum. Item si quis incisserit Castaneas magnas a pedicone incidat in poenam Castenorum quinque pro qualibet arbore et semper damnum emendet patienti prout indicatum fuerit per homines. Item si quis incisserit Castaneas pro Carbone in silva aliena incidat in poenam quinquaginta solidorum pro qualibet contrafaciendo, et pro qualibet vice

De incidentibus Quercus.

Item si quis incisserit quercus alienas a pedicone incidat in poenam quinque Castenorum pro qualibet quercum et solvat emendam prout stimatum fuerit. Item si quis incisserit ramos dicti quercus incidat in poenam decem solidorum pro qualibet ramo. Item si quis incisserit querzlias incidat in poenam duorum solidorum. Item si quis incisserit querquones alias incisos; incidat in poenam decem solidorum pro qualibet. si totum amputaverit, et si reliquerit in eis aliquod ramum circa cum aptandi; incidat in poenam quinque solido-

18v

rum. Item si quis inciserit dictas quercuones a pedico-
ne incidat in poenam XX salidorum, et semper dannum
emendet prout indicatum fuerit. Item si quis incipe-
rit arbores circum circa vel aliter cingerlo per faslo
seccare incidat in poenam quinque Castenorum pro
qualibet arbore et semper dannum emendet prout ex-
timatum fuerit.

De incidentibus Arbores Fructiferas.

Statuimus et ordinamus q. si quis inciserit arbores fruc-
tiferas a pedicone incidat in poenam quinque Caste-
norum pro qualibet arbore. Et si quis inciserit ra-
mos dictarum arborum incidat in poenam quinque
salidorum et semper dannum emendet prout extisti-
matum fuerit et poena coram domini applicetur.

De Inviscantibus Olivas alienas.

Statuimus et ordinamus q. si quis inviscaverit olivas alie-
nas sine licentia Patroni incidat in poenam XX
salidorum pro qualibet contrafaciente, et pro qualibet
vice et totidem pro emenda Patrono.

De Monte Custodito

Item statuimus et ordinamus q. nullus de Castro Confinei
audeat nec presumat immittere bestias tam parvas
quam magnas in monte Custodito seu bandito sub
poena X salidorum pro qualibet bestia et de nocte
poena duplicetur, et hoc incipiat a Sancto Angelo

mense maji usque ad Sanctum Angelum de mense septembris. Et in dicto monte nullus possit mittere bestias equinas nisi unam aptam ad portandum Salmarum quando aliae bestiae possunt permanere in dicto monte et in praedictis Vicarius ex suo officio procedere possit. Item quod nullus audeat immittere bestias armentitias in dicto monte ullo unquam tempore nisi post festum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, et si quis voluerit aliquam bestiam immittere antequam eam ducat in dicto monte teneatur solvere duos Carlenos Camerario Comunis, et si hoc non fecerit incidat in poenam duorum Carlenorum et duos alios Carlenos dare debeat Camerario Communis pro herbatico, et hoc duret usque ad Nativitatem Domini Nostri Jesu Christi, et post dictum festum unicuique liceat immittere bestias in dicto monte absque aliqua poena

De damnis datis manualiter ad Olivas et glandes.

Statuimus et ordinamus quod si quis damnum dederit manualiter colligendo Olivas alienas incidat in poenam X X solidorum pro quolibet contrafaciente et vice qualitate antequam dictae Olivae collectae fuerint, postea incidat in poenam decem solidorum absque licentia patroni et teneatur ad emendam patrono. Item si quis collegerit glandes alienas incidat in poenam X solidorum

19v

pro qualibet contrafacienti et pro qualibet vice et teneatur de emenda solvere patrono tam de olivis, quam de ~~glandibus~~.

De damnis datis ad Cachios Castanearum

Item statuimus et ordinamus quod si quis damnum dederit cum bestiis ad surculos sive cachios Castanearum in silvis ordinatis solvat pro qualibet bestia grossa bol. duos, pro qualibet bestia minuta Bol. unum videlicet de Capris: et bestiis bovinis et vachinis vel in silvis ampotatis per duos annos postquam fuerint incisae et hoc incipiat pro bestia una a principio mensis Aprilis per totum mensem Novembris et Capellae ullo umquam tempore non possint ire per silvas Castanearum, et Vicarius in praedictis ex officio procedere possit.

Quod Bestiae Caprinae et Pecudinae debeant accedere et permanere in montibus.

Statuimus et ordinamus quod quilibet habens bestias Caprinas et pecudinas debeat eas inducere tenere in montibus a principio mensis aprilis per totum mensem Iunii, et si contra fecerint incidant in poenam duorum quattrenorum pro qualibet Capra pecudina. Item dicimus quod a principio mensis septembris debeant eas iterum ducere et tenere dictas bestias pecudinas et caprinas in montibus sub poena praedicta usque ad Nativitatem Dñi Nri Iesu Christi. Et dictae bestiae

